



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. VII. Ordo Ministrantium infirmis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

## CAPVT VII.

*Ordo Ministrantium infirmis.*

1586. **C**ongregatio Clericorum Ministrantium infirmis sumpfit exordium ab admodum R. P. Camillo Lælio, de Sellis, Theatinæ diaconis; anno à virgineo partu millesimo quingentesimo octogesimo quarto, aut sexto: qui cum quibusdam suis socijs, scilicet P. Francifco Prophetæ, P. Bernardino Norcino, P. Curn Lodio & P. Blasio de Opertis, huius congregationis obtinuerunt approbationem à Sixto V. Summo Pontifice, anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo sexto. Quæ quidem cōgregatio postmodū à Gregor. XIII. anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo fuit innumeris decorata prīuilegijs. Dictus P. Camillus fuit primus Prefectus Generalis prædictæ congregationis, maxima cum laude, animarum salute, Congregationisque profectu.

1586.

1591.

Bulla Sixti V. exstat in Bullario Regularium Emanuelis Rode-rici.



CA